



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è
Societate Jesu**

Giuglaris, Luigi

Francofurti, 1684

Mater Machab. Mart. Ex Levi. Icon.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38349

Videre, ne fictus amor sit, qui docet fingere.
Nil simulat senectus; ne se ipsam quidem.

Fidei colorem ostendunt cani.

At Græcus proditor simulationem senecta suâ dignâ putat,
Post fidem perimes, immò per fidem. Esto.

Nobis cavendum, ne Atticè fidei similem faciamus Hebrei,
Religio meretrix non est: pigmenta respuit,

Peccat non sicut è, qui sicut peccat.

Ignoratis convivales amici,

Quale oculos in pectorum secreta Numinis immitat,
Constat de commentario quid sapient impermissæ daps;

Hac ruina mors incessit.

Brevi, obsequi necesse est, vivere non est necesse,

Malo esse esca, quam tales esse escas.

Eamus Tyranne: nemo me trahet; omnes antecedam,
Mortem appara:

Bene cautum mihi est; non possum totus mori.

Virgas expedi:

Solum pulverem excutient; & hunc reparabilem.

Quare, sicca, reseca:

Vulnera ipsa vulnera:

Tanto ocius hoc servitutis claustrum pertumpes
Rem publicam fulcire integer nequoc, fractus potero;

Valete amici, aliquando laudabit quod timetis,

MATER MACHABÆA

MARTYR. EX LEVI.

ICON.

Muliebris hæc Statua, constantiæ imago est.

De nomine nihil certum: miracula nomen non habent.

At qui miraculum est, constans formina.

Saxeam Niobem foraste voces.

Nam filiorum septem funera prospectans, sic stetit.

Sed Niobes à Cœlo, hæc pro Cœlo dirigit.

Extincto grandævo Eleazaro,

Anus intrepida ante Antiochum sistitur.

Hoc deerat ad Hebræam gloriam,

Qui colus numeratur inter triphaga.

Contra legiones, Filiorum manipulum ducit.

Numerum sonorum, atque concordem.

Hanc gladiatoriā familiā sanctissima Lanista erudit,
Una die spectaculorū hebdomadē p̄ebens.

Ite, inquit, ô meum agmen,

Hoc vultu quo Fœminam videtis..

Docete, non solas Lacanas viros parere.

Met liberi non estis, nisi liberi.

Circumstant Matrem septēna illa capita.

Hydram dices ferri avidam.

Clarior nulla constitit Consanguineorum invidia;

De supplicio rixantur:

Nec mors timetur, sed mora.

At ne perturbatē peccet Antiochus,

Ordinem tenet in scelere.

A grandiori crudelitatem auspicatur:

Ut iisdem gradibus orba fieret, quibus fuerat Mater,

Astanti Puerto cibos apponit, ab Eleazaro recusatos.

Hoc sufficit, ne attingat.

Aversanti lingua p̄æcidi jubet.

Nam prima Tyranni cautio est in linguis,

Quid agis Antioche? ex lingua calatum facis,

Cruentum hoc frustulum terram signans,

Fortiora scribebat, quam loquatur.

Post linguam manus postulatus,

Citius porrigit, quam jubet.

Et hoc Tyrannicum est, manus formidare post linguis.

Cecidit sub securi secura dextera:

Mortua illa palma, palmam rapuit:

Et secta manus coeleste iter Fratribus indicavit.

Parum fuit indicasse, nisi vestigia signaret.

Ergo etiam pedes amputanti porrigit:

Sinē his citius p̄eventurus quo tendit.

O vera Hermetis effigies, recti terminos signatura,

Sed hæc mortalitatis ludibria, propositi tenax,

Totus & sensim adversa cute deglubitur.

Mortuos non amat Tyrannus, sed morientes.

Stupet triumphalis Ephesus se extra se exivisse;

Non alio sensu, quam si dormitus Lindonem ponēret.

Dicitu-

Dicturus si posset,
 Non est in cute mea virtus : hanc nunquam curavi.
 Tene Barbare : nil habes mei nisi vaginam.
 Hanc etiam amittes , ad me reddituram.
At ne sic quidem mollitus, bulliente in olivo frigitur,
 Si sartaginem audis,
 Nescias, oleumne querulum gemat
 An ipso in oleo tripudiet Martyr.
 Nemo sanè inter unguenta majore luxu disfluit,
 O dolorem voluptatum plenissimum !
Quid enim Martyrium, nisi beneficiū malo animo facit?
 Sic oleum & operam in primo Tyrannus amisit,
 Succedunt ordine reliqui ;
 Exemplum capiunt daturi.
 Alterius oleum, alterius palæstræ ceromia est.
 Singuli fraterno martyrio donantur, & suo.
 Omnes antiquæ veritati linguas immolant.
 Omnes in fidei specimen Deo dextetas donant.
 Omnes ad Olympicam palmam sine pedibus currunt,
 Omnes sartaginis oleo ad Regnum sacrantur.
Unâ omnes, septemplicis instar lychni, Matrem circumstant,
 Plus dico : omnes in ultimo spiritu loquuntur elingues,
 Funduntque de sartaginis tripoде oracula,
 Delphicis meliora.
 Mirantur Greci tam solida Hebraotum effata:
Quibus nec suos sapientes comparent, nisi numero.
 Quæris num fleverit Mater ?
 Non plus quam hic lapis.
 Suas lacrymas alienis in oculis rident.
 Spectat suos Heroas, spectata Herois.
 Se ipsam in singulis miratur:
 Et singulos tuetur, dum intuetur.
Afræ volucti sitniliis, quæ alumnos obtutu format.
 Sic uno die septies Mater, & Martyr;
 Post septena Filiorum funera exarsit ;
 Et Planitarum numero addidit firmamentum.